

« Istud quod modo dixeram me habere,
 fugit me ratio; meus sodalis,
 30 Cinna est Gaius, is sibi paravit.
 Verum, utrum illius an mei, quid ad me?
 Utor tam bene quam mihi pararim.
 Sed tu insulsa male ac molesta vivis,
 per quam non licet esse neglegentem. »

II

Furi et Aureli, comites Catulli,
 sive in extremos penetrabit Indos,
 litus ut longe resonante Eoa
 tunditur unda,

5 sive in Hyrcanos Arabasve molles,
 seu Sagas sagittiferosve Parthos,
 sive quae septemgeminus colorat
 aequora Nilus,

sive trans altas gradietur Alpes,
 10 Caesaris visens monumenta magni,
 Gallicum Rhenum, horribilesque ulti-
 mosque Britannos,

30. Cinna est Gaius: cinna est cainus D² Parm. cum est gravis V cumas est gravis Ven.
 31. Verum, utrum: ver utrum G | ad R² D: a V 32. pararim: paratum D pa-
 rarem Ven. paratis Stat. 33. tu insulsa R² D¹ Ven.: tu insula X D tulsa O tu salsa
 Schrader | ac: et G O
 II, 2. penetrabit Parm.: penetravit V 3. ut V: ubi R¹ Ital. | resonante: resonans
 Stat. | Eoa: coa O 5. Arabasve O: arabasque G arabesque R D 6. seu θ:
 sive V | Sagas D α: sagax V sacar Ven. 7. quae V: qua η 8. (a)equora X:
 epra O 9. sive X: sui O 11-2. horribilesque ulti- | mosque: horribilesque | ulti-
 mosque (horribilesque ulti- | mosque |||| G) V horribiles ultimosque m horribile (a)equor
 ulti- | mosque R² horribiles et ulti- | mosque Ven. Calph. horribilem orbis ultimosque Pen-
 nisi horribilem gelu ultimosque Hudson-William horribilem nive ultimosque Meurig Da-
 vies horribilem usque in ultimosque Ronconi horribiles quoque ultimos Wilkinson horribiles
 vitro ultimosque malim

poco prima, che era in mio possesso,
 stavo distratto; il mio compagno,
 30 quel Gaio che si chiama Cinna, quello s'è procurato i portantini.
 D'altro canto cosa m'importa se a me appartengano o a lui?
 Me ne servo a piacere esattamente come me li fossi procurati io.
 Ma tu sei proprio una sciocca ed una scocciatrice;
 con te non è possibile avere un'amnesia. »

II

Furio ed Aurelio, che accompagnereste Catullo,
 anche se si avventurasse nella lontana India,
 là dove con alto frastuono il lido è percosso
 dall'onda d'oriente,

5 o fra gli Ircani e gli Arabi viziosi,
 o fra gli Sciti e gli arcieri parti,
 o dove il Nilo, sfociando dalle sette bocche,
 fa sì che il mare trascolori,

anche se valicasse le svettanti Alpi,
 10 per osservare da presso i trofei di Cesare il grande,
 il Reno che lambisce la Gallia e gli spaventosi
 remoti Britanni,

II, 1-24. Hor. Carm. II 6; Prop. I 6, 1 sqq.
 Aen. VI 800

2. Hor. Ep. I 1, 45

7. Verg.

omnia haec, quaecumque feret voluntas
caelitum, temptare simul parati,
15 pauca nuntiate meae puellae
non bona dicta:

« Cum suis vivat valeatque moechis,
quos simul complexa tenet trecentos,
nullum amans vere, sed identidem omnium
20 illa rumpens;

nec meum respectet, ut ante, amorem,
qui illius culpa cecidit velut prati
ultimi flos, praetereunte postquam
tactus aratro est ».

12

Marrucine Asini, manu sinistra
non belle uteris: in ioco atque vino
tollis lintea neglegentiorum.
Hoc salsum esse putas? Fugit te, inepte,
5 quamvis sordida res et invenusta est.
Non credis mihi? Crede Pollioni
fratri, qui tua furta vel talento
mutari velit; est enim leporum
disertus puer ac facetiarum.
10 Quare aut hendecasyllabos trecentos
expecta aut mihi lintheum remitte;

13. feret η Ven.: fore V 14. temptare: tentare G 15. nuntiate: nunciare O
22. qui D: cui V
12, 1. Marrucine Parth.: matrucine V atrucine D 2. ioco X: loco X² O 4.
salsum G R² O: falsum (al' salsum O) G² R | Fugit: fuḡ O 7. fratri: frater O 8.
velit: voluit O 9. disertus (dis-) O X: differtus Passerat

voi, che tutto ciò sareste pronti ad affrontare insieme,
come decide il volere dei numi,
15 andate dalla mia ragazza a riferirle
queste parole amare:

« Viva e se la spassi con i suoi amanti,
che, trecento per volta, si stringe fra le braccia,
senza amarne nessuno veramente, ma sfiancando
20 a tutti e trecento le reni;

più non si volga, come un giorno, a cercare il mio amore,
che per sua colpa è caduto come fiore
sul ciglio del prato, reciso dopo che sopra
è passato l'aratro ».

12

Asinio Marrucino, tu non fai uso discreto
della mano sinistra: mentre si scherza e si beve,
sgraffigni i fazzoletti dei distratti.
Lo credi spiritoso? Ti sbagli, o deficiente.
5 È la cosa più meschina e disgustosa.
Non mi credi? Credi almeno a tuo fratello Pollione,
disposto a pagare un talento
per ogni furto; è davvero un giovinetto garbato
che sa stare allo scherzo e alle battute.
10 Concludendo: o ti aspetti trecento endecasillabi
o a me tu restituisci il fazzoletto,

12, 2. Martial. III 37, 2